



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1856**

XLIV. Bischof Dieterich von Brandenbrug bestätigt die Veräußerung des Patronats über den St. Pauls-Altar zu Burg von Johann Frick an Claus Zöllner, am 6. März 1362 und 19. Mai 1363.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

quondam Basilicam in villa Ghezerik fundatam et a nobis in honore sancti Andree Apostolj digne et laudabiliter consecratam de largicione elemofinarum suarum videlicet duorum manforum in Campis dicte ville sitorum et vnus Curie in eadem villa ad eosdem mansos pertinentis et vnus molendini ad eandem villam pertinentis nec non quatuor manforum in Campis ville Gladow, Nyemarke vocatis, sitorum, copiose condotasset et a strenuis viris et famulis Gheuehardo et Wlrado fratribus et Juene Gheuehardo conpatruale eorundem, Ministerialibus sancte Ecclesie Magdeburgensis, pheodalia predictarum elemofinarum racionabiliter inpetrasset, Amici uero et successores sepedicti Henningi predictarum elemofinarum cupientes habere stabilitatem perpetuam, nobis humiliter supplicarunt, ut intuitu dei ipsas elemofinas dignaremur auctoritate nostra ordinaria confirmare; Nos uero dignis ac iustis eorum precibus fauorabiliter inclinati nec non diuinum cultum in hac parte augmentari conspicientes, sepedictas elemofinas confirmauimus ac presentibus auctoritate nostra ordinaria in dei nomine confirmamus, Ita quod sepedicte elemofine deinceps ad humanos vsus redire non debeant. Qua propter mandamus omnibus christi fidelibus ne de cetero predictas elemofinas impediunt aliquatenus vel molestent. Si quis uero ipsas in aliquo molestare impedire vel indebite grauare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli apostolorum atque nostram se nouerit grauiter incursum. Cupientes insuper sepedictam Basilicam a nobis specialj gracia confoueri, Ac mentes fidelium ad zelum deuocionis et ad caritatis opera indulgencijs et remissionibus incitari; Omnibus igitur vere penitentibus et contritis, qui ad dictam Basilicam luminaria vel ornamenta vel qualescumque elemofinas largiti fuerint, presbitero subsidium vel auxilium prestituerint vel manus porrigunt adiutrices, quocienscumque vel quandocumque hoc fecerint, de omnipotentis dei misericordia et beatorum petri et pauli apostolorum atque nostra auctoritate confisi, Quadraginta dies indulgentiarum et vnam karenam de iniunctis sibi penitencijs in domino misericorditer relaxamus. Actum et datum segefer, Anno domini Millesimo Tricentesimo Sexagesimo secundo, die vndecima mensis nouembris, nostro sub sigillo.

Nach dem Originale des Stadt-Archives zu Burg Nr. 62.

**XLIV.** Bischof Dieterich von Brandenburg bestätigt die Veräußerung des Patronats über den St. Pauls-Altar zu Burg von Johann Fric an Claus Zöllner, am 6. März 1362 und 19. Mai 1363.

In Nomine Trini et Vnius Amen. Anno natiuitatis eiusdem Millesimo Tricentesimo Sexagesimo secundo, sexto die mensis Martij, Constitutus in nostra Thiderici, dei gratia Brandeburgensis Ecclesie episcopi, et testium subscriptorum presentia, prouidus vir Johannes friconis opidanus in Borch, qui iure hereditario consecutus fore dinoscitur quoddam jus patronatus si sic dici mereatur aut potestatem rogandi pro clerico seculari ydoneo plebanum in Borch, qui pro tempore fuerit, cui idem plebanus beneficium altaris sancti pauli, dum id vacare contigerit, in Ecclesia beate virginis marie in dicta Borch siti, conferre non recuset, quod inquam jus patronatus aut quo censeatur nomine idem Johannes friconis libere et sponte Nicolao theolonnarii opidano ibidem Borch et suis legitimis heredibus dedit et aspirando resignauit, tradens

cum hoc sibi quandam litteram sigillo reuerendi in cristo patris et domini domini Ludewici episcopi Brandenburgensis, predecessoris nostri, et domini Mathie quondam plebani in sepe dicta Borch felicium recordacionum comunitam, Sigillo tamen et littera in nullis suis partibus fractis raris aut cancellatis nec viciatis huius continencie et tenoris: In nomine sancte et indiuidue trinitatis Amen. Ut acciones hominum vtilis et honestas temporum instabilitas non aboleat, ea propter non in vanum confueuit ipsas discretorum virorum prudentia scriptis autenticis et ydoneorum testimoniis perhenare. Hinc est quod nos Ludewicus, dei gratia Brandenburgensis ecclesie Episcopus etc. (Urf. vom 23. Februar 1339).

Et nos Thidericus, dei gratia episcopus Brandenburgensis supra dictus, predicti juris patronatus si sic dici mereatur resignacionem, donacionem seu transpositionem aut transfumptionem supradictam cum omnibus premissis ratificamus et ratam habere volumus et insuper confirmamus auctoritate nostra ordinaria presentibus appensione nostri sigilli communitis. Actum Borch in domo habitationis Brant coci, ibidem opidani, Anno Mense et die, de quibus per nos supra, presentibus discretis et validis dominis Bartoldo plebano in sepe dicta Borch, Johanne de sine, Hinrico de Cruffow, Andrea capellano nostro plebano in wormelitz, Zabello proueft altarista in Borch, presbiteris, Henningo de Luderiz milite, Gherkone koren et Alberto de Sandow, famulis, et quam pluribus fide dignis testibus ad premissa specialiter vocatis et rogatis. Datum Seyezere, Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. LXIII<sup>o</sup>, XIX<sup>o</sup>. die mensis Maij.

Nach dem Originale des Stadtarchives zu Burg Nr. 7.

**XLV. Des Markgrafen Otto Lehnbrief für die von Prütze über Prütze und andere Besitzungen, vom 13. Januar 1369.**

Wir Otto, von Gottes Gnaden Marggraff zu Brandenburg, des heiligen Römischen Reichs oberster Cämmerer, Pfaltzgraff bey dem Rein und herzog in Bayern, bekennen öffentlich, das wir den vesten Leuthen Clausen, Bofsen, Branden, Albrechten und Friederichen, geheissen von Prützeck, unsern lieben getreuen und ihren rechten Erben, mit einer gesamten hand geliebet haben und leihen mit diesen Brieffe das gantze dorff Prützeck, und das halbe dorff Ofserff mit den Obersten und niedersten gerichtten, mit holtzung, wiesen, weiden, walsern, Ackern, gewonnen und ungewonnen, In dem Dorffe Roskow Neuen Stück jährliche Rente, In dem Zolle zu Brandenburg sieben Stück geldes jährlicher Rente, und in unser Müntze daselbst zu Brandenburg dreyzehnen Stück geldes, jährliches zinses, mit allen rechten, ehren, nutzen, fruchten, freyheiten, gnaden und zuehörungen, als es vormahls der vorgeannten Vater Claus von Prützeck und heinigke von Prützeck, ihr Vetter, und ihrer beyden Eltern von unsern Vorfahren und unsern lieben Bruder seel. etwan Marggraffen zu Brandenburg und auch von uns gehabt und besessen haben und es auch Elifabeth, Margaretha und Anna des vorgeannten Heinigke von Prützeck Töchter, mit wollbedachten Muthe und frölich mit guten willen vor uns zu ihrer hand verlasssen haben, fürbals von Uns und unsern Erben zu einen rechten lehne zu haben, zu genießsen und ohne allerley hindernis zu besitzen. Auch thun wir denen ehe genanten Brüdern von Prützeck durch dienstes wille, den sie uns gethan haben und noch thun sollen, da-